THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT, U. A. ALDOBRANDINUS DE TUSCANELLA
Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35408
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Sanctam ecclesiam katholicam. hunc gradum posuit beatus symon apls dicens. Credo in sanctam ecclesiam katholicam. Circa quem gradum. considerare debemus. primo concordiam vnitatis. secundo ecclesiae. tertio eminentiam dignitatis. quarto katholicam. quinto constantiam firmitatis. quinto communionem sanctorum. Primo igitur concordiam vnitatis. Ecclesia. n. idem est quod congregacio fidelium. hec autem congregacio est una ecclesia. iuxta illud cant. vi. Una est columba mea. Dicitur autem vna: eo quod unum est. quod est in diuisum in se. et diuisum ab alijs. sic sancta est diuisa a synagogis iudeorum. a latibulis heretycorum. a sectis paganorum. Et in se est indiuisa. quia in ecclesia plantatur omnia sub vnitate. Signum autem vnitatis est motus et delectacio. Illud. n. dicitur unum. quod habet unum motum et vnica gaudet delectacione. Sic omnis ueri xpiani vnicum habent motum. quia vnum et idem credunt corde et confitentur ore. quia una fides est in eis. iuxta illud epli. iiij. Vnus dns una fides vnum baptisma. Et unica gaudent delectacione. quia totum gaudium sanctorum et delectacio est ipse dns iuxta illud phil. iiij. Gaudete in dno semp. Peccatores uero in peccato mortali existentes in diuisis gaudent. et pocius in malis quam in bonis. quia pium est letantur cum malefecerint et exultent in rebus pessimis. Et ideo licet tales sint de ecclesia quia ad numerum xpianitatis signaculum. non tamen sunt quantum ad mutum. et sic tota congregacio fidelium est sicut vnum corpus ex diuisis membris compositum. cum corpus anima est spiritus sanctus. quia ipse est qui unificat. Sic in vno corpore habentes multa membra et non omnia habent eundem actum. sed quilibet habet deputatum officium. sicut oculus habet videre. lingua loqui. manus operari. pedes ambulare. et vnum membrum alium de officio suo iuuat. sicut oculus iuuat manum respiciendo imundicias et infirmitates. et manus iuuat oculum extigendo sordes. et si patitur vnum membrum compatiuntur omnia membra. et si vnum membrum offendit aliud. sicut vna manus aliquam incidit aliam manum. non incidit ab ea. sed potius custodit. Sic in ecclesia diuersi homines diuisa habent officia. et vnusquisque debet alium de suo iuuare officio. sicut miles est pugnare pro bono comuni et ipsum defendere. Officium autem mercatoris diuitis est alterum subuenire. communiter quisque debet iuuare fratrem suum necessitatem habentem et dauitur